Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Unde & in hac ipsa dictione spe dic: Quoque remiseritis peccata remittuntur eis. & quoque retenueritis retenta sunt, liberae in tueri illi discipuli ad tanta onera humiliatus vocati. ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt. sed etiam alienae obligationis potestatem quoque relaxationis accipiunt. Principatui supni iudicis sortiuntur. ut in ecclesia quibusdam peccata retineant quibusdam relaxent. Sic sic cos ad hoc decebat erigi. ut quantum pro hoc consenserant humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt animarum iudices fiunt. & alios damnant vel liberant quos semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nec in ecclesia episcopi locum tenent. soluendi atque ligandi auctoritatem susciperunt. quos gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor. sed grauis pondus istius honoris. Durum quippe est. ut quos est tenere moderamina vitae suae. iudex fiat vitae alienae. Et plerumque contingit. ut hunc iudicem locus tenet cui ad locum vita minime concordat. ac sepe agit. ut vel damnet innocentes vel alios ipse ligatus soluat. sepe in ligandis ac soluendis subditus suae uoluntatis motus non autem causarum merita sequitur. Unde fit. ut ipse hac ligandi & soluendi potestate se priuet. quam pro suis uoluntatibus & non pro subiectae moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia mouentur pastores. Iudicare autem digne de subiectis nequeunt. quia in subiectae causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophetam dic: Mortificabant animas quae non moriuntur. & vivificabant animas quae non vivunt. Non